



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani  
Vvittenbergensis**

**Luther, Martin**

**Vvittenberg[a]e, 1520**

**VD16 L 4238**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33377**



Th. 6117.



1

27 II  
13

10. 2. 1919

ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN



CONFITENDI RATIO DOCTORIS  
MARTINI LVTHERI AVGVSTINIANI VVITTENBERGENSIS.

CONFUTATIO RATIO DOCTORIS  
MARTINI LUTHERI AGRV  
TITIANI VVITTE  
HERBEN  
SIS.



CONFITENDI RATIO DOCT.  
MARTINI LVTHERI AV/  
GVSTINIANI.

¶ PRIMVM.

¶ Quando nostro sæculo, omniũ ferme cõscientiæ sunt, in falsam suæ iustitiæ & operũ suorũ fiduciam, hũanis doctri-  
nis abductæ, fereq; eruditio fidei & in deũ fiduciæ, obmutuerit. Idcirco & confessuro necessariũ est ante omnia, vt non fidu-  
cia confessionis vel faciendæ vel factæ nitatur. Sed in solius dei clementissimam promissionẽ, tota fidei plenitudine cõfidat, certissimus videlicet, q; qui cõfessuro peccata sua promisit veniam, promissionem suam, fidelissime præstabit. Non em̃ quia nos confitemur, sed quia ipse promisit veniam cõfitentibus, gloriandũ est, hoc est, non propter nostræ confessionis dignitatem aut sufficientiam (cũ talis nulla sit) sed propter suæ promissionis veritatem & certitudinẽ. Sicut dicit, ps. xxiiij. Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo. Non ait propter me, aut meam dignitatem, aut nomen meũ, sed propter nomen tuũ &c. Ita sane, vt opus cõfessionis, nihil aliud sit, q; occasio quædam, qua deus prouocetur ad promissionẽ suam implendam, imo qua nos exerceamur, ad fidem promissionis, sine dubio adipiscendæ, vt sic non nobis domine, sed nomini tuo des gloriam, & læteris, non cũ benefecerimus tibi, sed cũ benefeceris tu nobis, vt per Ezechielem dicitis. Hac ratione fiet, vt qui gloriatur in dño gloriatur, & nõ seipsum cõmendet, sed gratiã dei glorificet. Et erit, vt sit confessio & magnificentia opus dei. ps. c. x.

¶ SECVNDVM.

¶ Quæ autem deus (ad gloriam scz gratiæ & misericordiæ suæ) veniam promiserit, ex scripturis firmandũ est. Primũ ps. xxxi. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam dño. Et tu remisisti impietatem peccati mei. Et illud. ij. Reg. x. ij. Vnde hic psalmus desumptus est, q; primũ David dixit. Peccati dño, statim dixit Natan, Dominus quoq; transiit peccati

A ij

*primm*

*no*

*Quare confessio m...*



catum tuū, non morieris. *Et* Hier. xvij. si egerit gens illa penitentiā a malo, agam & ego penitentiā super malo quod cogitavi ut facerem. Item. i. Iohan. i. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata & emūdet nos ab omni iniquitate. Et illa diffinitio vera iusti. prouer. xvij. iustus prior est accusator sui, ideo iustus, quia sese accusat, vnde & sequitur, Venit amicus eius (Christus) & inuestigabit eū (.i. q̄ret eū & non sinit perire, etiā ab extremis inferni inuentū reducet. Hinc Iosue. vij. Confessione peccati, vocat gloriam dei, dicens, ad Achan. Fili mi da gloriam deo, & cōfiteri, atq; indica mihi quid feceris. Et d. Hiero. ad idem, confessio peccati, est laus dei. Nec misg, qui qui peccata sua confitetur, veritatem vtiq; dicit, deus autē est veritas, ideo simul deū confitetur. Sic ij Paral. vii. Manasse rex Iuda, in orōne sua pulcherrima, omni confessione apūllima, dicit. Tu autē dñe h̄m bonitatem tuam promissisti penitentiam remissionis peccatorū &c. Vere scdm bonitatem tuā promissisti, quia nihil esset confessio n̄ra, nisi stare pmissio dei, adeo totū est bonitatis diuini, q̄ promissit remissionē, quā nisi promississet, per nullā iustitiā posset obtineri. Ac sic fides promissiois illius, primū & summe necessaria est confessio, ne forte psumat, sua diligētia, sua recollectiōe, suis viribus deū pro care ad remissionem peccatorū, cū iam deus ipse & remittere paratissimus, puenit eū, ac poti⁹ ad acceptandā remissionem & confessionem p̄standam, allegerit ac pro cauērit, bonitate dulcissimē promissionis sue.

### TERCIUM.

¶ Anteq̄ sacerdoti confiteatur vicario, vtiq; oportet, primū confiteatur principi ipsi deo, hic vero, rem serio tractare oportet, quia diuinū oculum, sicut nihil latet, ita nihil fallit. Quare hic ppositū melioris vite, & odiū peccati, oportet sine simulatiōe discutere, nā nihil fere cōfessuros plurimos fallit, q̄ subtilis ista simulatio & profundissima, q̄ plerūq; violentū peccati odiū & ppositū melioris vite, per vim simulant, etiā coram seip̄s, qd̄ satis probat, infelix euetus, vbi post cōfessionem, cito redeunt ad ingenū, & velut magno onere cōfessionis leuati, denuo secure viuūt, tam, curiosi inq; imemores ppositi sui, qua vna re, satis possent argui, sue fictionis infelicissimi. Quare, hic oportet, hominem esse liberrimū, & de se in seipso

omnino pronunciare, sicut inuenit sese affectum, sicut vellet, si nulla esset pena, nullus deus, nullum preceptum &c. ac sicut diceret in aure secreti cuiuspiam amici, vbi nihil pueret oia sua reuelare imo sicut secum vellet, liberrime de suis loqui vitijs ita loquatur coram deo, qui multo magis nos diligit quam ipsi nos.

Nam si quisquam sese non inuenit serio affectum bono proposito, nescio an tutum sit confiteri, Hoc scio, melius sibi esse, si abstinere a confessione. Nec in hoc preceptum Ecclesie curandum esset villo modo, siue excommunicet siue minus, melius est Ecclesiam ibi non audire, quam in periculum suum, ad deum cum ficto corde accedere, quia hic contra deum, ibi contra Ecclesiam tantum peccat, si tantum peccat, isto casu, Ecclesiam non audiendo, Quandoquidem Ecclesia nihil habet mandare, in quo sit periculum anime, & semper est exceptus articulus eius modi a preceptis Ecclesie. Quicquid enim precipit ipsa, pro deo & anime salute precipit, presumens hominem esse capacem precepti sui & idoneum ad impletionem, que presumptio si fallitur, preceptum quoque non tenet, cum contra dei precepta (que conscientiam ligant) statuere nihil possit.

Timendum certe, multos Ecclesiam ista precepti timore accedere, quibus tamen vita prior mala ex corde placet.

### ¶ Q V A R T V M .

¶ Quid si inter angustias deprehensus, formidet abstinere, & camen sentit (si vere velit loqui) sese carere affectu bono proposito vite. Hic quod vnum reliquum est apprehendat, & prophete consilium audiat, d. Effundite coram illo corda vestra, ac prostrati plene confiteatur deo, totum malum cordis sui, & oret & optet bonum propositum. Imo quis tam superbus, ut hoc consilium sibi non putet necessarium: cum nullus tanto sit proposito bono, quanto debet esse. Ideo secure peccat a deo, quod sentit se non inuenire in seipso, donec serio & vere incipiat sibi placere vite melioris species, & sua displicere. Non enim doctrina illa, de proposito bono formando tradita ac passim inculcata, sunt intelligende, quod homo ipse ex sese id formare & laborare debeat (hec enim intelligentia, mors est & perditio. Et sicut ait ille, Mors in olla o homo dei, licet heu, plurimi in ea misere excarnificent, sed ad impossibilia tendere docti) sed desperando plane, atque effundendo cor coram deo, dicere, Domine deus, Non habeo quod debeo, nec possum. Da quod iubes & iube quid vis, Sic enim Aug. orat in confessione.

A ij

*Madam ante*

*Nota bene*

## ¶ QVINTVM.

¶ Verū ista de proposito volo caute intelligi. Propositū em̄ bonū dupliciter fieri debet. Primū de manifestis mortalibus tantū, vt sunt, adulteriū, homicidiū, fornicatio, furtū, rapina, vsura, detractio &c. Horū em̄ vitandorū propositū proprie pertinet ad confessionē sacramentalē, & corā deo ad quodlibet statim momentū, postq̄ perpetrata sunt. Iuxta illud Eccl̄iastici. Fili peccasti, quiesce, ne adijcias iterū, Et item, Ne tardes conuerti ad dñm.

Secūdo, de oibus peccatis (q̄ venalia vocāt, de q̄bus infra) prorsus vanū est laborare ad propositū formandū, quia si recte sese consideret, Inueniet impossibile, si saltem in carne viuere velit, cum (vt August. ait) hęc vita sine talibus non possit agi, qualia sunt, risus, verbum, cogitatio, aspectus, auditus, gustus, tactus superfluus, aut inconsideratus &c. Quę etiam talia quę sunt, vt incertū sit, peccata ne sint, an tentationes promouentes merita. Et tñ in his mirū, q̄ laboretur & obtudatur confessor verbosissimo modo confitendū, debet em̄ propositū certū esse, & sup̄ ijs, q̄ certa sunt & comuni vita vitari possibilis sunt, vt iam dicta mortalia peccata aperta.

## ¶ SEXTVM.

¶ An peccata cordis occulta, ac sic soli deo & homini q̄ fecit ea, cognita, pertineant ad confessionē sacramentalē, extra meū captum est, Libentissime negarem, nec em̄ vlla via aut ratio ne aut scriptis probari potest, sepiusq̄ mihi suspitio fuit, esse id totū inuentū vel auarorum vel curiosorū aut certe tyrannorum prelatorū, qui hac via, populū Christi, in terrorē sui adduxerint. Nam id est (meo iudicio) penitus in iudiciū dei manū mittere, & forū dei violare, presertim si cogatur ad id hoies. Hic venit illud mare iurū & quæstionū impossibiliū, de casibus peccatorum &c. Cum sit impossibile ipsi homini scire, quā mortaliter superbiēt vel concupiēt vel inuiderit in corde. Et quō hoc sacerdos sciet, qui ad mortalia tñ positus est iudicanda? Alienū cor cognoscer, qui suū non satis nouit? Indefit, vt multi multa confiteantur, nescientes an sint peccata nec ne. Et ad id impellitur per illud Gregorij. Bonarū mentū est, vbi culpa non est, culpā agnoscere. Hoc em̄ coram deo prestandū, etiam sibi prestari (tam immanis est pontificū & sacer-

*Erant  
papista*

dotū arrogantia & fastuosissimū phariseorū supercilium volūt,  
nec interim vidēt, si id hōi esset pręstandū, tota vita nihil aliud  
oportet fieri, q̄ confiteri, atq; etiam ipsam confessionē alia cō  
fessione cofiteri, timendo culpam, vbi culpa non est, cū & bo  
na opera, non vacent culpa, & lob veretur om̄ia opera sua.

### ¶ SEPTIMUM.

¶ Igitur alius id explicet, hoc ego contentus sum, quod  
non oia peccata cordis sunt confitenda, si aut aliqua sunt con  
frenda, ea tm̄ assero, q̄ ipse manifeste scit se cōtra diuina mā  
data in corde statuisse. Hoc est nō simplices cogitationes, de vir  
gine aut muliere aut ecōtra mulieris de adolescente, Nec ipsas  
affectiones nec ardorē libidinis mutuū, seu inclinatioēs ad sex  
um, alterū quantūlibet fœdū. Addo, nec passiones taliū,  
sunt em̄ hęc cogitationes, frequentius passioēs a carne, mūdo,  
diaboloue suscitāt, quas anima fere cogitur inuita, aliquādo p  
multam morā imo q̄nq; tota die vel hebdomada, sicut Paul⁹  
Appus confitetur de suo stimulo. Ratio horū est, quia pro  
positū super illis vitandis est impossibile & vanū & mendax,  
& inclinatioēs & affectioēs mutuę sexuu, non cessant, data  
occasione, Deinde diabolus non quiescit, & natura nostra tota  
est peccatū. Sed illi, qui sine peccato volunt esse & hominem  
sanū credunt, hi nobis has cruces statuūt, vt non cessemus (sa  
cerdoti etiā) confiteri, quęcūq; vel modico nos titillant tm̄ mo  
do. Igitur, si oportet confiteri omnino hęc occulta cordis,  
tm̄ ea, quę pleni sunt cōsensus in opus confiteantur, qualia in  
ihs, qui cupiunt pie viuere, vel raro vel nunq̄ contingunt, etiā  
si assidue affectioēibus & passionibus talibus vexentur.

### ¶ OCTAVVM.

¶ Huc pertinet Theologorū quorūdam audacissimorū ges  
nus, nati ad ipsum, vt vero dei timore in cordibus hominū ex  
tinētō, falsis terroribus totū orbem cōcutiant, vt de illis Chris  
tus dixisse possit videri, Terrores de cœlo commemorans, hi  
sunt, qui aggressi sunt nobis discernere peccatū mortale & ve  
niale, scz vt vbi audierint homines esse aliqd peccatū veniale,  
securi sint, & dei timorē (ac si veniale ipse nihilipendat) penit⁹

remittant, rurſū, vbi mortale peccatū eſſe audierint cōſenſum cordis, ū ſiquis p̄cepta Eccleſiæ non audierit, aut neſcio, quid aliud leuiculū admiserit, iā nullus ſit locus Chriſto in corde, p̄ confuſione ſonitus maris & fluctū miferimæ cōſcientiæ.

Contra hos ſciendū, q̄ oporteat hominē deſperare ſeſe oīa ſua mortalia peccata cōfiteri vnq̄ poſſe. Et doctrinā illam, q̄ vulgatur in Eccleſiā, ex decretis, q̄ ſemel in anno oīum ſuorum peccatorū (ſicut ſonāt verba) debeat facere cōfeſſionem oīs Chriſtiani, aut eſſe diabolicā & homicidii ſimā, aut egentē multo & laxo interpretamento.

Oportet inq̄ non oīa cōfiteri, nec mortalia, nec venialia, quin oportet noſſe, q̄ poſt omnē diligentiam ſuā factam, adhuc minorem partē peccatorū ſit conſeſſus. Vnde hoc q̄ q̄ dicit ſcriptura, p̄s. xvij. Ab o cultis meis mūda me dñe. Iſta o cuncta ſolus deus nouit, Et iterū. Cor mundū crea in me de⁹, vtiq̄ immundū confitetur cor, etiam tā ſanct⁹ propheta. & Eccleſiā tota ſancta orat, ſiat volūtas tua, ſez conſeſſa, q̄ non facit voluntatē dei, & ſeſe peccatricem eſſe. Porro tm̄ abeſt, vt omnia mortalia poſſimus noſſe nedū cōfiteri, vt etiam bona opera noſtra, ſi deus per rigore iudicet, & non miſericordia ignoſcēte agnoſcat, ſint dānabilia & mortalia. Ideo ſi oīa mortalia ſunt cōfiterenda, breui verbo id fiet, ſi ſemel dixerimus, En totū qd̄ ſum, viuo, ago, loq̄r, tale eſt, vt mortale ſit & dānabile. Iuxta illud. p̄s. c. xliij. Non intres in iudiciū cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo omīs viuens, Et ad Ro. vij. Ego aut carnalis ſum venūdatus ſub peccato, non inuenio in carne mea bonū, quod nolo malū, hoc facio &c.

Quin hoc eſt mortaliū mortaliſſimū, non credere, ſe eſſe dānabili & mortali peccato obnoxiiū coram deo, Ad quā inſaniam iſti Theologi, hac regula ſua, nituntur data opera, & p̄ditiffime, trahere hoim conſcientias, dū docēt, venialia eſſe diſtincta a mortalibus, ſuo ſez more. Ita legimus in Aug. Cyp. & alijs patribus, non peccata mortalia, ſed criminalia, ideſt ea q̄ accuſari & cōuinci poterant, ligata & ſoluta fuiſſe.

Omnia ergo peccata intelligat Decretū oportet, omnia crimina, vt de quibus vel alijs, vel ipſius conſcientia eū accuſant, cōſcientiam inq̄ recta, non extraditiōibus hominum cauteri ſata & peſſime informata, ſed ex diuinis mandatis erudita, que ſciat, multo plura eſſe relinquenda diuinę bonitati ſolī, q̄ ſuę diligentię cōmittenda. Sed quid, ſi in morte diabolus obijciat peccata non cōfeſſa, ſicut multa exempla legimus: Rñdeo tranſeāt

transeant illa, cū ihs, de quibus dicitur, Delicta quis intelligit  
Et illis, non intres in iudiciū cū seruo tuo &c. Si quid exēploꝝ  
cōtra hęc facta sunt, vel illudente diabolo facta sunt, vel non  
recte intelligitur, sufficit, te voluisse omnia confiteri si nosse &  
posses, misericordiā suā glorificari vult dicens, sed vbi: i iustis  
ihs: Nō, sed in peccatis & miseris nostris, Scripturam oportet  
pręferri om̄ibus exemplis.

#### ¶ NONVM.

¶ Ad rem ipsam accedendo, tumultū illum distinctionū  
penitus abscondat cōfessurus, qui passim celebratur, scz, quid  
per timorem male humilitatē & timorem male accendentē,  
quid cōtra tres virtutes Theologicas fidem, spem, charitatem,  
quid contra quatuor virtutes cardinales, quid per quinque sen-  
sus, quid per septē peccata mortalia, contra septem sacramēta,  
contra septem dona spiritus sancti, quid contra octo beatitu-  
dines, quid contra nouē peccata aliena, quid contra duodecim  
arti, fidei, quid per muta, quid per clamantia in cœlū peccata,  
aut si qua alia sunt, per q̄ aut cōtra peccatum est. Iste em̄ odio  
sillimus ac tediosissim⁹ cathalogus distinctionū inutilissim⁹  
est immo noxius omnino. Addiderūt his malis quidam circū-  
stantiarū molestissimū negociū, quibus om̄ibus duo fruct⁹  
promouerūt, Primū, q̄ confessuro his nugis tantū negoçij sit,  
vt id quod precipuū est, penitus curare non possit, scz studiū  
boni propositi, tanta mole memoriā occupare, & curarū solici-  
tudinūq; recte proferendi negocio cor opplere coactus. Atq;  
dum querit peccata oblita vel modū confitendi, interim præ-  
sentis conscientię morsum, totamq; salutaris cōfessionis utilita-  
tem penitus amittat, vt absolutus non adeo gaudeat sese abso-  
lutū, q̄ sese misera illa confitendi carnificina semel liberatum.  
Quia nec absolutionē tā quęsiuit, q̄ finē laboriosissime cōfite-  
tendi carnificinę, adeo dū dormimus secure, om̄ia passim sunt  
rentes, & alio impediētes.

Quare ipsa p̄cepta dei breuiter sunt inspicienda, in quibus  
sine dubio, om̄ia peccata cōtinentur, si recte intelligantur. Nec  
tamen hęc oīa, sed vltima duo, pr̄sus a confessione sunt ex cluz-  
denda, Cōfessio em̄ & breuis esse debet, & eorū potissimū pec-  
catorū, q̄ pr̄senter mordent, & vt dicūt, quę mouēt ad cōfessi-  
onē. Confessionis em̄ sacramētum ad quietandam, non perur-  
bandam cōscientiam institutū est.

B

*voluisse sufficit*

*Quia omittenda est*

*hec respicienda*

*per se  
confessio que instituitur*

¶ EXempli gratia.

De illo præcepto, Non moechaberis, cito dixerit, quò mō libi-  
dini cesserit vel opere vel verbo vel consensu, velut fetorū cum  
om̄ibus membris & sensibus in eo præcepto describens, Quid  
ergo quinque sensus, peccata mortalia, & aliud pelagus distin-  
ctionū oportet adducere frustrat. Ita in illo, Non occides, cito  
dixerit, qua specie irē peccauerit, an odio, an detractiōe & ma-  
ledictiōe, an opere ipso, Sic in ceteris, sicut dedita opera cona-  
tus sum in præcepto meo, & schedulis decalogorū mōstrare.

Cōtra hæc nihil moueat, q̄ in decretis de pe. & quarto sens-  
entiarū aliter tractetur ista materia, plena sunt om̄ia humanis  
cōmentis, Nec mirū, q̄ sumpserunt sua om̄ia ex libello quo  
dam apocrypho & indocto, qui de vera & falsa p̄niā B. Au-  
gustino inscriptus, ubiq̄ titulo mentito celebratur.

¶ DECIMO.

In facienda confessione diligenter obseruari oportet, vt  
multo discrimine discernantur peccata, quę cōtra diuina mā-  
data, & quę contra humana statuta commissa sunt. Hoc dico,  
quia hodie inualuit infania, vt quę cōtra decreta pontificū pec-  
cantur, mira cura obseruentur, quę cōtra deū vero, vel parua  
vel nulla. Exemplis tibi notū faciā. Inuenias sacerdotes, & relis-  
giosos, qui si in Canone missę vel syllabā titubent, aut repeāt,  
nescio quod velut monstrū exhorrescant, cū hic vel naturalis  
linguę defectus vel casus quispiam nullū peccatum fecerit.  
Porro nullus est, quin confiteatur sese distractū fuisse, sua p̄pa-  
ratoria nō legisse, aut alias anillissimas nugas. Fuit vnus, q̄  
ter accito sacerdote, in altari iam celebrans, cōfiteretur, vt vt qd  
incidisset, deniq; diaboli ista ludicra infinita, vidi multis tanta  
fuisse seriā, vt prope insanierint. At qui in corde odiū vel  
inuidiam occultā alerent, ante & post missam maledicerent,  
ociose fabularentur, detraherēt, nihil mouebat, vnde hæc per-  
uersitas. Ex traditionibus hominū auersantiū (vt Ap̄tus ait)  
veritatē. Et quia deo verorū peccatorū cōfessionē neglexim⁹  
offerre, tradidit in sensum reprobū, vt si cētis peccatis, nos ipsos  
illudamus & sacramētū beneficii priuemus, eo maxie studio,  
quo maxime querere videmur. Huius farine sunt, qui  
horarū Canonicarū neglectum, prope irremissibile peccatum  
fecerunt, cum interim fornicationes cōtra dei præceptum, aut  
p̄missa studia erga proximū, facile remittant, Inuenias, qui S.

Seuerini vel somniū vel exemplū eo probent, vt se horas Ca-  
nonicas, nec anteuertere, nec post complere sine peccato arbi-  
trentur posse, etiam si iustissima causa fuissent legitimo eorum  
tpe impediti, scz, seruiēdo proximi necessitatib⁹. i. meritis me-  
lioribus sexcentis, q̄ fuissent eorū frigidissim⁹, & forte damna-  
tissim⁹ orationes, adeo non attendūt, in seruitio proximi mā-  
datum dei debere preferri mandato hominū, in lallandis ver-  
bis horarum sine intellectu. Huc pertinent, qui intra Canō-  
nem, etiam pro summa necessitate & periculo loqui, aut puerū  
vo care nefas putent, Deinde ieiuniū aliud naturę, aliud Ecclēie  
facientes, si quis vel imprudēs guttas aliquot glutierit, aut me-  
dicinę quid sumperit, penitus a sacramento arceat & peccatū  
vlt̄ maximū hic statuunt. Miror ego, vnde nam hominib⁹ istis  
auctoritas sit harum legum condendarū & peccatis a se reperitis  
conscientiarum perturbandarum. Ex ijs estimentur reliqua  
similia.

Laici vero, alius confiteatur se libenter gustasse dulcia, alius  
audisse iucunda, olfecisse odorata, tetigisse mollia. Ad maiora  
veniamus, Comedisse butyrum vel oua diebus ieiunij, vulgo  
persuasum est, hereticū esse, tam atrociter seuiūt leges hominū  
in Ecclesia dei, Et nos populi hac superstitione, imo nostra ty-  
rannide secure fruimur, nihil curantes dei p̄cepta passim pro  
ludibrio haberi, modo ad nostras pauent & palleant leges.  
Adulterū nemo hereticum vocat, fornicatio leue peccatū, schis-  
mata & discordię etiam auctoritate & nomine Ecclēie suscitata  
& seruata & aucta, merita sunt, Sed carnes sexta feria edisse, he-  
resim omnium summa est, sic nos erudimus & erudiri permits-  
timus populum Christi. Sed iam me piget, redet, puder-  
miseret, istius infiniti Cahos superstitionū, quas in sacramentū  
istud confessionis saluberrimę inuexit, Infelix illa syncerioris  
Theologię ignorantia, quę tyrannidem suam egit a tpe consti-  
tutionū humanarū.

¶ Vndecimo, Consulo, quod & Iohā. Gerson aliquoties  
consuluit, vt aliqñ cum scrupulo conscientię quis accedat ad  
altare seu sacramentū, videlicet, non confitens, si imodestius  
vel biberit, dixerit, dormierit, aut aliud quid fecerit, aut horā  
vnam aliquam non orauerit. Vis scire quare id consulatur.  
Audi, vt homo discat in dei misericordiā plus fidere q̄ in suā  
confessionem aut diligentia. Nihil em̄ satis fieri potest aduersus  
maledictā illā fiducia operū nostrorū.  
Etiā ideo, vt siq̄ vlt̄ tētatōis vlt̄ mortis igruat necessitas, & cepe-  
rit apparere occulta illa p̄cā, q̄ nūq̄ videre aut cōfiteri poruit,  
B η



rum iam paratum habeat vsum cōfidendi in dei misericordiā  
indignis p̄stitam, iuxta illud, paratū cor eius sperare in dño.  
Alioquin, quō sperabit in tantis molibus peccatorū, tunc irru-  
entū subito, qui in hac vita, dum ocium erat, nec in minimo,  
vel ficto peccato didicit sperare in dño? Si dicis, quid si hoc sit  
contēnere sacritum dei & tentare deū?

Respondeo, non erit tentatio dei, si ad gloriam dei fiat, id est, si  
ideo facias, non q̄ contēnas sacramentū dei, nec eū tentes, cū sis  
paratus etiā omnia confiteri, sed vt miseram cōscientiam assuefa-  
cias in deū confidere, & non ad omnē sonitū folij volantis pa-  
uere. Non dubites, oia quę fiunt hoc fine, vt fiducia in deū ha-  
beatur, sunt deo gratissima, Cū tota gloria eius sit hęc, si in eius  
misericordiam q̄ magnanimissime cōfisi fuerimus. Nō tamē  
volo, vt semper ita fiat, sed aliquñ in q̄, tātū ad erigendam fidu-  
ciam in deū, ac destruendā fiduciā nostrę confessionis.

Vix em sine vitio celebrat, q̄ magis secure accedit quia cō-  
fessus est, q̄ quia deus misericors est, immo tota impietas hęc est  
oīno. Summa em summarū est, Beati qui cōfidunt in dño,  
quando in dño audis, vt q̄ intelliges, infelicem eū qui cōfidit  
in aliquid, quo dicitur non est ipse dñs qualem faciunt, Artiste  
illi cōfidenti, quid em fecit ars confitendi, nisi quod aboleuit  
artem & vsum confidendi, vt multū confiteri, nihil confidere  
disceremus?

#### ¶ DVODECIMO.

¶ In casibus reseruatis, multi vexantur, ego, quia scio leges  
hoīm, oportere ep̄iscopi subiectas esse, & plus ad fauorem q̄ ris-  
gorem trahēdas. Eorū sequor vsum & consiliū, qui in peccatis  
occultis, nullū reseruari casum censent. Ideo absoluendos esse  
omnes, quorū occulta sunt peccata, vt sunt peccata carnis, seu li-  
bidinis cuiuscūq̄ speciei, oppressiones infantū & similia. Nec  
em p̄sumi debet, vllus pontifex voluisse in occultis peccatis,  
tot laqueos & pericula animabus ponere. Verū vbi publicum  
fuerit crimen seu casus reseruatus manifestus, oīno potestati de-  
ferendū est, siue sit æqua siue iniqua. In quo tñ sic moderet  
confessor vim clauis, ne confitentem sinat sine absolutione  
abire, saltem eorū peccatorū, quę reseruata non esse scierit, Quā  
ego iam dudū fluctuo, nec dū stationē disputationis proprię  
composui. An possit vllus casus, q̄ ad remissionē culpę refer-  
uari, aut vnq̄ reseruatus sit, p̄nam reseruari non est dubiū,  
de quo esto aliorū aliquid. Sed nec in p̄ncipio remissione nimium  
sit scrupulosus confessor vel confitens, p̄nam intelligo, excō-

municationē, vel quamlibet Ecclesie censuram, seu vt vocant  
fulmina & tonitrua sua. Cum em̄ excoicatio sit mere poena &  
non culpa, ferricq; possit super innocentē, aut lata manere sup  
resipiscentem, n̄ ppter itineris longitudinem vel pauperiem,  
necessesit differri satisfacionem, debet nihilominus confitens  
(si petat) absolui ab om̄ibus peccatis suis, & pro vinculo exco-  
municatiōis soluendo, & satisfaciendo potestati dimitti, & sic  
in foro dei & cōscientie absolutus a culpa & peccatis, mitti ad  
for̄ Ecclesie, soluendus a p̄na. Hoc est quod dicitur, sufficere  
absolueno peccatori, votū satisfacionis.

Ultimo. Votoꝝ ratio foret cōsideranda, quę pene, maxima  
est in hac re, quęstio, multoq; maioris cōfutionis materia q̄ ca  
suū reseruatō, q̄ quis & hæc suā Babylonem magna tyrannide  
exeret. Q̄ si hic libere quis velit loqui, nō poterit terra susti-  
nere vniuersos sermōes eius, vt de Amos dicit Amasias impi⁹.

Primū & optimū consiliū foret, si pontifices & concio na-  
tores populū dehortarentur & deterrerēt a pronitate vouēdi,  
ostendētes, q̄ nihil sit visitatio terrę sanctę, Romę, Cōpostellę,  
aliorūue locorū sanctorū, tū ieiuniorū, orationū, operūq; a se  
electorū studia, si compata fuerint ad opera mandatorū dei, &  
ad vota q̄ in baptismo vouimus, q̄ i domo sua erga pximos  
suos, cōiugem, liberos, seruos, dominos, possit cū incomparā-  
liter maiorib⁹ meritis quisq; seruare, q̄ voti operib⁹ a se electis,  
neca deo mandatis inuenire. Stulta opinio vulgi & pompa  
Bullarū fecerut, vt vota ista, peregrinationū, ieiuniorū, ora-  
tionū & quorūlibet operū longe p̄ponderentur operib⁹ man-  
datorū dei, quę tū vt faciamus, nunq̄ satishabemus virium.  
Atq; ego pro meo iudicio optarem, vt apud Christianos nihil  
esset prorsus votorū, p̄ter ea q̄ in baptismo emisim⁹, sicut olim  
fuisse apparet, & om̄es intelligerent, quid requirāt, vt m̄ datis  
dei obediatur. Videntur em̄ vota baptisimī prorsus viluisse p̄-  
nimio vsu, pompa, dispensatione, redēptione votorū istoz.  
Apponamus in q̄ om̄es vires, & plus nos vouisse inueniem⁹,  
q̄ possimus implere vnq̄.

Votorū alia sūt hominibus, sicut & iuramenta, Alia deo,  
Ea quę hominib⁹ sūt, constat tantū & tam diu valere, quantum  
voter cui vouetur. Proinde sciendū, vt recte Gerson sentit, iura-  
mēta & vota in vniuersitatib⁹ solita fieri, aut magnatib⁹ p̄stita  
nō debere tam rigida existimari, vt quālibet eorū p̄uaticatio-  
nem, iudicemus voti solutionē aut periuriū. Quin poti⁹ equū  
est hm̄i vota nō intelligi soluta, nisi ex contēptu & obstinata  
malitia eis cōtrauentiāt, secus in his quę deo vouentur.

de voto

In votis que deo vouentur, vides per pontifices dispensari, sed nisi ego persuadebor, tutum fore eum, cum quo sic dispensatur, cum sit iuris diuini tale votum, & non maiorem in hoc potestatem habeat pontifex, medi<sup>9</sup> aut summus, quam quilibet frater Christianus, & si scio decretales quasdam decretaliumque glossas multa audere, que non credo.

Hoc tamen libenter crediderim, votum castitatis ante pubertatem emissum, non tenere nec ligare, quia is qui vouit, ignorauit quod voueret, cum necdum stimulum carnis senserit, proinde pie arbitror, tale votum apud deum reputari stultum & nihil, prohibendumque essent generali edicto Ecclesie, monasteriorum patres, ne masculum ante vigesimum, aut saltim, xvij. annum susciperent, nec puellas ante quindecimum vel decimum sextum, si nos cura animum sollicitaret.

Vehementer etiam temerarium est, in commutandis votis & relaxandis, melius (ut vocant) opus imponere, cum enim apud deum nulla prorsus sit operum differentia, qui non secundum magnitudinem vel multitudinem operum, sed secundum affectum operantis iudicat, & ut scriptum est, spirituum ponderator est dominus, qui sepius artificis fordidum manuale opus profert ieiunio aut orationi sacerdotis, ut est exemplum in S. Antonio & Alexandrino Coriario, Quis audeat presumere, se velle votum in melius aliquod opus commutare? Sed hec alio loco dicenda fuerunt, Hic enim confessionis ritum ad precepta dei duxerat referendum suscepimus, per quietandis componendisque conscientiarum scrupulis.

Vnum tamen adiciam, struunt multi etiam conjugatis periculosos laqueos, presertim in casu incestus, ut si quis (nam fieri hec possunt, imo heu sicut) sororem uxoris sue aut sororem suam aut alio quopiam gradu consanguinitatis contingenter polluerit, mox arcent a iure exigendi debiti matrimonialis, & tamen sinunt eum, imo cogunt uxoris thorum non deserere, obsecro, quod est hoc portentum, quare medicina peccati noua? Qualis satisfactio peccati? Nonne apparet hos tyrannos, alienae infirmitati securus imperare, & suam misericordiam indulgere? da legislatorem quam cuius poenitentem ac castum, qui hanc legem ferat sibi statui, Ad ignem ponunt aridum lignum & dicunt, noli ardere, in sinum mulieris nudę virum collocant & prohibent ne tangat nec cognoscat, & id autoritate propria citra mandatum dei, quid insanimus? Me consule, caueat confessor ab his tyrannicis siue decretis siue iuribus, Et cum fiducia talem peccatores rem, aut alia poena mulctet, aut desinat punire in totum, liberum ei relinquens ius matrimonij, quod non homo, sed deus ei dedit. Non habet potestatem vllus angelus in celo, nedum homo in terra hanc poenitentiam (i. peccati assidui ardentissimam occasio-


nem) iniungere, Quare nec audiendi sunt vlllo mō, qui talia fieri volunt, & cōfitens ab hoc scrupulo & periculo cū fiducia liberandus, Sed quis omēs tyrannides recenseat, quibus confitentū & poenitentū miserę conscientię Christianorū, mortiferis constitutionibus & moribus quotidie exagitantur per ineptos homūculos, qui alligarentantū nouerunt onera graua & importabilia & imponere humeris hoīm, quæ ipsi nec digito volūt mouere: Et factū est hoc saluberrimū pñę sacramentū, aliud nihil q̄ mera tyrannis magnatū, Deinde morbus & augmentū peccatorū, vt alia significet, & alia operetur miseris peccatoribus, sic ministrantibus impijs & indoctis in lege domini sacrificialis Ecclesiam dei, quam suis legibus & somnijs repleuerunt.

ORATIO MANASSE REGIS IYDA  
apud Babylonem capti.

Dñe deus om̄ipotēs patrū nr̄orū, Abrahā, Isaac & Iacob, & semini eorū iusto, q̄ fecisti celū & terrā cū omī ornatu eorū, qui signasti mare verbo p̄cepti tui, qui conclusisti abyssum & signasti terribili ac laudabili nomīni tuo, qđ oēs pauent & tremūt a vultu virtutis tuę, & insustentabilis ira super p̄ctōres cōminatiōis tuę, imensa vero & inuestigabilis misericordia p̄missionis tuę, qm̄ tu es dñs altissimus super omnē terrā longanimis & multū misericors, & poenitens super malitiā hoīm. Tu autē dñe secundū bonitatē tuā promissisti p̄niam remissionis peccatorū, Et tu deus iustorum non posuisti p̄niam iustis, Abraham, Isaac & Iacob, his qui tibi non peccauerūt, qm̄ peccauī super numerū arenę maris, multiplicatę sunt iniquitates meę, Incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi, quia exercitauī iracundiā tuam, & malū coram te feci, statuens abominationes & multiplicans offensiones, Et nunc flecto genua cordis mei, p̄cans ad te bonitatē dñe, peccauī dñe peccauī, & iniquitatē meā agnosco, peto rogans te dñe, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas me cū iniquitatibus meis, neq; in eternū referes mala mihi, quia indignum saluabis me scđm magnā misericordiā tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitę meę, qm̄ te laudat omnis virtus celorum, & tibi est gloria in secula seculorū, AMEN.

Vuittenbergę in edib. Ioan: Grunenbergi,  
Anno, M, D, XX.







6117

Th  
6117